AD M. HERMANNVM VASTELABVM

ANchora ſacra tibi Deus eſt; HERMANNE: Quid ergo
Mirum? ſi rectè fungeris officio.

M. Reinerus Reineccius St[illegible]
Hiſtoricus.

SEXTA VOX
QVA CONTINETVR IPSVM SYMBOLVM IN PRIMA PARTE QVATER: in ſecunda quinquies cantando repetendum.

DOCTISSIMO ET ORNATISSIMO VIRO
DN. M. HERMANNO VASTELABO LEMGOVIENSI ILLVS-
tris & generosi Dn. D. ERNESTI Comitis Schavvenbur-
gici præceptori fidelissimo & fautori suo
singulari.

AVrea cum legerem, quæ gestas, symbola, dixi:
Hæc mihi sunt numeris condecoranda nouis.
Magnum pondus inest verbis, sed gratia maior
Accrescet cultu Musica culta tuo.
Remq; ita tentaui: Tu vir doctissime, munus
Qua tibi donatur suscipe mente precor.
Officij pariter, pariterq; monebere nostri,
Gratior & fiet sumptus vtriq; labor.

Arnoldus Grothusius Lemgouiensis
Cantor.

AD M. VASTELABVM

PRomissis homines ludunt fallacibus, ergo
Tutius est vnifidere posse Deo.
M. Basilius Satler pastor Helmstad. & professor.

I. PARS in hac Sexta voce, qua ipsum Symbolum continetur, cantando quater repetatur.



II. Pars quinquies repetatur



AEquius est præstatq; Deo confidere soli
Quam se terrigenis credere mille viris.
De nihilo est, hominis vanum captare fauorem,
Ars erit ætherio summa placere Deo.
Sedulus exornes concessæ munera Spartæ,
Morsibus inuidiæ neu moueare vagis.
Horreat inuisas recti mens conscia fraudes,
Suscipiet causam sic Deus ipse tuam.

M. Hermannns Vastelabus.

IDEM SYMBOLVM GERMANICIS RITHMIS INCLVSVM à M. HERMANNO VASTELABO ET 4 vocum harmonia ornatum ab ARNOLDO GROTHVSIO.

ZV Gott setz all dein Zuuersicht
Vertraw auch tausent Menschen nicht/
Es ist gering vmb Menschen gunst/
Gott gefaln ist die höchste kunst/
Verricht was dir befholen ist/
Las fharn der Meuchler smach vnd list/
Behalt nur dein gewissen rein/
So wirt Gott dein beschirmer sein.

Idem Symbolum vnà cum eius περίφρασιν ex latino græcis numeris donatum ab Arnoldo Grothusio Cantore.

ΤΩ ΠΙΣΤΕΥΕ ΘΕΩ ΜΟΝΟΝ, ΗΔΕ ΤΑ ΠΡΑΤΤΕ ΔΕΟΝΤΑ.

Τῷ θεῷ ἀθανάτῳ πείθεσθαι ἄμεινον ὑπάρχει,
ἢ τοῖς πιστεύειν ἀνδράσι ὠκυμόροις.
τὴν χάριν ἀνθρώπων ζητεῖν, περὶ οὐδενός ἐστι:
τῷ Θεῷ αἰθερίῳ τέχνη ἐστὶ τοῦ ἄδειν.
ἣν σὺ λάχες Σπάρτην σπουδαίως κόσμεε ταύτην,
Μηδὲ βλέπων δολερούς, μηδὲ βλέπων φθονερούς.
Σοῦ τῇ συνείδησιν καθαρὴν ἔχε, μὴ κακὰ πράττων;
Δέξεται ὡς τὰ σέο πράγματα πάντα Θεός.